Fragmentarium

cōfundantur ⁊ conuertantur retrorsum omnes qui
oderunt syon Fiant sicut fenum tectorum
quod prius quam euellatur exaruit De quo
non implebit manum suam qui metet et
sinum suum qui manipulos colliget Et nō
dixerunt qui preteribant benedictio dn̄i
super uos benediximus uobis in noīe dn̄i. ps.

feria 3a ad vesperas viii

De profundis clamaui ad te dn̄e dn̄e exau
di uocem meam Fiant aures tue intende
tes in uocem deprecationis mee Si iniquitates
obseruaueris domine dn̄e quis sustinebit
Quia apud te propiciacō est propter legem tuam
sustinui te domine Sustinuit anima mea
in uerbo eius sperauit aīa mea in dn̄o A custo
dia matutina usque ad noctem speret isrł in
dn̄o Quia apud dominum mīa ⁊ copiosa apud
eum redempcio Et ipse redimet isrł ex om
nibus iniquitatibus eius Ps

Domine non est exaltatum cor meum neque
elati sunt oculi mei Neque ambulaui i
magnis neque in mirabilibus super me Si nō
humiliter sentiebam sed exaltaui aīam meam
Sicut ablactatus est super matre sua ita retri

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 39a, 1v (2) – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-de7f/131/2314)